



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Maria[m] Aualam, ab ærumnis. 249

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

Imponit hoc malagma pectori;
& confestim, ceu obice fixo, co-
ercetur impotens cruor, venęque
suę patiens quieuit.

248 Propè aberat, vt aliã quo-
que virginem, Ioannam Gango-
ram morbis miserè deformatam
Romanus Pontifex, legibus exi-
meret; dum egressa Cænobium
(Hulgas appellant) valetudinem
instauraret. Quę tamen prius ad
IGNATII imaginem procubuit,
corporisq; affecti curam ei com-
mendauit. Plus sensit impetrasse,
quã orauerat. Nam persanato
iam corpore, egressu præterea vir-
go non eguit; Neque porro, vt le-
gibus solueretur permisit.

249 Maria quædam Auala, le-
gibus S. Francisci auctorata, æ-
rumnis animi immodicè ange-
batur. Quę edocta opẽ IGNATII
poscere, si malo inuenire medi-
cum vellet; assensit. Iamque in
pre-

preces quidem effusa, sed nominis utiq; oblita, Tuam inquit, opem Athanasi, precemque aduoco; tu hanc animi perturbationem, qua misera internecor, compone. Sub ea precantis verba, vox alicunde accidit, non Athanasium illum, sed vero IGNATIVM vocari. Interim neu dubiter, quin eo sit patrono ad cupitam quietem reditura. Nec dictum liquidius, quàm factum; & suam virgo tranquillitatem est adeptam.

250 Erat homo Belga, Ruffinus Lanzarotus; qui pestilenter febricabat; (petechias Itali; febrim aliqui *purpurã* nominarunt.) In eo periculo, agrum omnis medicorũ ars operaque deseruere. Sed enim porrecto IGNATII autographo, salus ad desperatum rediit; & cõsecuta est sanitas. Quare de lectulo surgit Ruffinus: & medicis oppido admirantibus reuiscit.

251 Alium

125
dici
nere
striu
lam
pinc
bat.
decr
com
gare
info
252
cerd
genu
ægro
quer
ercit
tutel
co di
253
Sace
fortè
inua
ægru